

SOCRATES REDIVIVUS.

S E U

IMAGO PHILOSOPHI VERE CHRISTIANI,

Q U A

EXHIBETUR CLARISSIMUS, AC DIVINI

INGENII VIR,

D O M I N U S

JOSEPHUS PAP

DE

FAGARAS

ARTIUM LIBERALIUM MAGISTER,

ET PHILOSOPHIAE MATHESIOSQUE

D O C T O R.

NON UNIUS MODO APOLLINIS DELPHI, VERUM
PLERARUMQUE IN NOSTRIS AEQUE, AC EXTE-
RIS REGIONIBUS ACADEMIARUM ORACU-
LIS, SAPIENTISSIMUS JUDICATUS.

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára
Székelyudvarhely



Quem Virum, cum tali Titulo Monumentoque
 condecoramus; cumque Ejus memoriam serae
 posteritati consecramus, dubitamus merito,
 quemadmodum de Ejus Ortu, de Genere,
 deque Vitae ratione exponamus; ne si vi-
 tam scribere allaboremus, vix ac ne vix quidem propo-
 situm attigisse videamur. Nihilominus tamen Genus, unde
 ortus est, Vitam qua floruit, virtutum aliquos colores,
 quibus inclaruit, et quasdam laudum Ejus partes, quas
 inimicis ipsis ultro consentibus, merito est consecutus, non
 ut Philosophus Nostri Seculi facile e Principibus meruit, sed
 ut infanti ingenio potuimus, litteris his Monumentisque con-
 figuamus. Quare primum quoque de Genere Ejus dice-
 mus. Natus est Philosophus NOSTER non ultimo loco
 stirpis Fagarasinae, honesto genere, Patre, Avo, Majori-
 bus, Officio, vitaeque ratione a cetera plebe distinctis.
 Cujus tamen stirpis originem ab ultimis temporibus primis-
 que ejusdem initiis repetere nimis hic longum foret: nunc
 vero de Ejus Patre, Avoque pauca, quosacilius ignorantiae
 hominum mederi queat, exempli causa referre sufficiat; in
 qua quidem re persequenda naturalem sequemur nascendi se-
 riem, ordinisque illius, quem ipsi nascentium dies secum
 tulere, rationem. Omnes, ut nobis quidem cognoscere licuit,



NOSTRI Philosophi Majores, in terra Fagarasina, et primaria quidem ejus Civitate, cui idem ipsum nomen Fagarasinum erat, nati sunt. E quibus NOSTRI tanti Philosophi Avus MICHAEL PAP, Civitatis Fagarasinae incola nobilis, et Civis quondam egregius, (cui quidem Gentilitium nomen erat PAP, deinceps vero FAGARASINUM, tanquam commune stirpis nomen, tam illi ipsi, quam omni Ejus Posteritati adhaesit) seculo superiore in lucem est editus. Isque in tam turbido et tumultuoso Patriae nostrae statu, qualis erat sub Principibus, apud Magnum Transilvaniae Principem APAFFIUM Majorem, honestis stipendiis in Patria sua militabat, et, ut tum erant tempora, Praetorianus miles illi erat; Quae omnia testantur litterae solennes multorum Magnorumque Virorum, Communitatis, ut mos erat eodem Tempore loqui, Fagarasinae, in Sede Fagarasina Adsefforum, Jurisque Notariorum, cera consignatae; quibus olim defuncti NOSTRI PHILOSOPHI Parens usus est, in suo genere, ab omni servili obligatione vacuo, et libero nobilique contestando. Hic vero non levium promeritorum Vir, cum diu pugnando, adversariosque a salute Principis removendo, baud minimam vitae suae partem in armis consumsisset; non ense modo, sed liberis quoque, quos ex honesto matrimonio suscepturus erat, Patriae saluti esse volebat. Neque haec illum spes cogitatioque fefellit. Uxor enim ipsi peperit Filium MATHAEUM, NOSTRI Philosophi Patrem, qui jam cognomento Fagarasino pariter, cui communi Gentis nomine, utebatur, liberali ingenio, animo docili, et ad res magnas apto. Natus igitur Iufans, sub initia seculi, Patre ut diximus, milite strenuo et expedito, viroque nobili, ut primum per aetatem licuit, Musis traditur educandus, notitiaque litterarum prima imbuendus. Ubi artibus, quibus aetas puerorum impertiri solet, non mediocriter degustatis, editoque,

quod



quod ab ea aetate expectari potest, specimine, dignum se praebuit, qui ad artium humaniorum naturam et indolem propius explorandam admitteretur. Quo facto, litteris patrio more Scholarum nostrarum perlustratis brevi efformatus, ad Academias clariores aditum impetravit. Venerat **TRAJEC-
TUM** ad **RHENUM**, Urbem cultura Litterarum nobilem; ubi ille omne suum tempus, quod alii aliis studiis rebusque tribuunt, aut specie sola sese commendantibus, aut pretio carentibus, sibi ad Sacra Theologiae studia, ad quae se singulari voluptate ferri intellexit, recolenda sumsit. Versabatur etiam apud alios viros, quorum fama ingenii exierat, et undique, quod suum esset, aut aliquando sibi saluti foret, colligebat. Denique familiaritate et doctrinis magnorum virorum cobonestatus, in Patriam remissus est Primumque in Inclyto Comit Hunyadensi, Piskini, Pago Civitati Száz-Város vicino, apud Ill. Baronem Gregorium Bartsai, Pastoris, Sacrique Ministri Autici munere fungebatur. Deinde apud Illustrem Scholam Szathmarensem, in Hungaria, vicina terra, Rectorem, ut vocari solet, Professorem agebat. Demum vero in Civitate Száz-Város, nobili loco, celebrique in Transilvania, partes Sacri Praeconis, (Plebanus vulgo apellatur Reformatus) sibi delatas, strenue excipiebat, summa fide, religione, pietate administrabat. Neu vero cum ipso Genus suum intercideret, duxit uxorem, Virginem honestam, nobili loco natam **SARAM VERESS**, Spectatissimi **D. GREGORII VERESS** de Dálnok, apud Inclytam Sedem, a Száz-Város denominatam, Judicis quondam Regii, filiam, ex qua vix duos liberos procreaverat, **SAMUELEM** alterum praematura morte ereptum, alterum vero **JOSEPHUM** **NOSTRUM**; jamque repentino morbo implicitus, opinione citius **A. MDCCXLV.** vivere desinit, ac, sua naturae debita



reddit; relictis tenero adhuc filio, et a maternis uberibus pendente, uxoreque vidua, inter luctus gemitusque perpetuos Viri sui mortem anxie prosequente. Decimum tum JOSEPHUS NOSTER aetatis suae Mensem agebat; vitaeque tam immaturae Custode indigebat; quod cum fida non minus, quam pia Ejus Mater, nemine licet id in ejus animum revocante, probe intellexisset, ad secundas quoque nuptias animum adjecit, sibiique Clar. D. JOHANNEM ABATS, Seniore V. D. Ministrum, nunc vero in Ven. Dioecesi N. Enyedensi meritissimum Archidiaconum, maritum; Puero autem Patrem quaesivit; qui licet NOSTRUM, non a se genitum sciret: se tamen non uti Vitricum, sed uti verum Parentem in Puero egit; Eundem etiam JOSEPHUS NOSTER, in toto vitae suae cursu, Parentis non solum vocabulo, sed et veneratione dignum judicabat. Ille enim NOSTRUM non secus diligebat, atque Filium, et prout ipse etiam amabat: litteras, primo quoque tempore, omnibus doctrinis, quae puerilem aetatem decent, filium erudiendam curavit. Missus tunc primum NOSTER ad Musas Enyedenses, ut erat summa ingenii alacritate, celeriter omnia, quae praecipiebantur, arripiebat, et magnam suae virtutis animique, apud omnes litterarum Magistros, ac Moeccenates, opinionem spemque faciebat. Jamque paullatim cum studiis suis accreverat; et artes puerili animo consecratas, omnes perlustrarat; quare in interiora quoque Musarum penetralia admittitur. Fit Juvenis; fit omnium, quae ab ejusmodi persona geri solent, munerum particeps; Et studet ipse diligenter, et alios opera sua studiisque adjuvat. Anno vero MDCCLXIX. iter in Helvetiam suscipit; Basileamque, celeberrimam ejus Regionis Urbem, salutatur: ut fama inclytum Bernoullium, in studiis Philosophicis, et Matheſi imprimis, cujus perdiscendae non mediocris

animum;



animum Ejus invaserat cupido, audiret: a quo benigne acceptus, et aliquamdiu retentus est. Inde pervenit Francfurtum ad Viadrum; et Groningam, Fratequeram, Urbes singulas Musis suis magnopere nobilitatas, peragatur et perlustrat. Quaedam tum forte, inter ceteras Bataviae Urbes clariores, caput suum efferebat, litterarumque quodammodo, quas colebat, amoenitate florebat; Trajectum dico ad Rhenum, omnibus bonis, quae a magnis ingeniis suo jure aestimari debent, dives; ubi tum Magnus HAHNIUS, qui anno superiore mortalitatem exiit; summus item HENNERTUS, qui adhuc vivit, vivit! imo vero immensas inter laudes eminent, cultamque studiis Juventutem et multam et nobilem excolit; totidem orbis litterati Lumina agebant. Huc Ille iter suum dirigit, et inita jam cum optimis quibusvis familiaritate, triennii spatio, non ut Discipulus cum Magistro, sed ut Vir cum Viro, Amicus cum Amico, Philosophus cum Philosopho versabatur. Plurimum vero apud HAHNIUM suum, valebat amore, cujus Filium quoque erudiendum acceperat; in quo quidem Juvene Filio formando, tantam apud Patrem laudem consecutus est, ut Parens ipse dicere non erubuerit: Plus boni JOSEPHUM NOSTRUM, quam se, in Filium suum contulisse. Filius quoque idem, cum NOSTRO, quem FAGARASSIUM suum appellare amabat, Patriam relinquere decreverat. Multa hic praeterea Nobilium et Principum Liberorum turba, NOSTRI, tanti Viri, curae erat commissa, inter quos nominari meretur, Indiae, quae ad Orientem jacet, Batavicae Proregis Filius quem cum studiis omnibus optime efformasset; adeo Proregi sese probavit, ut ampla mercede posita in Indiam vocatus sit, munere Doctoris Professorisque functurus. Hic aliquamdiu Discientium aequae ac Docentium partes agebat; deinde vero Operibus, quae post invicem



invicem multa edebat, nomen sibi apud absentes etiam comparabat. Primum Ejus opus quaestionem: Potestne naturae scrutator ex cognitis jam observationibus et Experimentis consecretaria ad disquisitionem causarum hactenus incognitorum Phaenomenorum colligere? si possit, quae ratione hoc fiat? a Seelandina Societate Vlissingensi, artium et Scientiarum exhibitam explicat, quod Monetam auream, XXX. numos aureos aequantem, signo Societatis, nomine Victoris, et adjecto propositae quaestionis Anno insignitam meruit; in cujus latere uno Palladis, Coronam manu tenentis effigies visitur, superne Epigrammate: CALCAR HONOS. inferius vero: JOSEPHUS PAP de FAGARAS. 1772. adjectis. In altero vero latere, septem Artes liberales conspiciuntur; superne Inscriptione: NON SORDENT IN UNDIS. Inferius autem: SOCIET. SCIENT. BATAVO FLESS. PRAEMIUM. insertis. Idem NOSTER insequenti Anno MDCLXXIII. alteram Quaestionem: Sitne aliquis sensus innatus homini, quo dirigatur ad cognoscendum, et impellatur ad faciendum bonum morale? quam a Doctoribus Academiae Lugduno-Batavae, et Legati Stolpiani Curatoribus acceperat, enucleare adoritur; quae quidem Ejus explicatio praemium adsecuta non est; Accessit tamen Dissertationi coronatae, et Lugd. Bat. una cum reliquis. Commentariis in eam rem scriptis, brevi tempore publici juris facta est. Interiectis duobus Annis, novos sibi et satis locupletes eadem Urbs Ultrajectina detulit honores. Nam A. MDCLXXIV. 7. Iduum Junii, Decreto Synodi Provincialis Ultrajectinae, a Viro Cel. FRANCISCO BURMANNO Franc. Filio, Franc. Nepote, S. Theolog. Doct. et Professore, Ecclesiae item Ultrajectinae Pastore fidiissimo, examinatus, ritu solenni, per impositionem, ut fieri solet, manuum, Sacri Praeconis honore mactatus, ad publicum Evangelii
minis-



ministerium promotus est; eaque res litteris, Testimonii loco Trajecti ad Rhenum datis, calamoque ISAACI TER. BRUGGEN. V. D. M. Hemdensis, Clasis eodem tempore scribae, exaratis confirmata est. Post non ita multo, eodem quippe Mense, Eidem in frequenti Philosophorum Senatu, loco publico, quaestiones Philosophicas sibi praescriptas generoso animo et sublimi explicanti, ad objectiones Dubiaque strenue ac accurate respondentem, Dissertationem denique suam Philosophicam INAUGURALEM: De Natura aeternitatis successione experte, et duratione rerum successiva, initium necessario habente. scriptam feliciter et optime defendenti, alius honor tributus est: Opera quippe Cl. Viri D. JOH. FRIDERICI HENNERT. A. L. M. Phil. Doct. Philosophiae Matheos ac Astronomiae Professoris Ordinarii, Philosophiae Doctor et Artium Liberalium Magister creatus; publico Diplomate manu Rectoris Magnifici JAC. ALBERTI VOS, et Promotoris, Secretarii item JOH. FRIDERICI HENNERT. consignato; ac majore Academiae Sigillo confirmato, Ultrajecti ad Rhenum XII. Kalend. Julii A. MDCCCLXXIV. donatus est. Duxit etiam eodem Anno, Mense Augusto, Uxorem, nobilem Virginem, FRID. WILHELMINAM ELISABETHAM, Illustrissimi ac Fortissimi D. FRIDERICI van VVIEBEL, apud nobilem Legionem Hollandicam Centurionis, Viri egregii; atque Matronae honestae ELISABETHAE KLINCKENBERG, quae Patre HENRICO KLINCKENBERG, Registratore, in lucem edita est, Filiam. His interea peregrina peractis, iter, quod ante quinque Annos fecerat, repetebat, et in patriam venire magnopere contendebat. Transeundum Ipsi per Viennam, Austriae praecipuam Urbem, erat, in qua, cum in comparanda Magnorum Virorum notitia occuparetur, familiaritatemque ex peteret bonorum, nuntium praeter opinionem accipit e Civitate



Száz Város, in Transylvania, Sedeque ejusdem cum Civitate
nominis, jacente, amplissimam mercedem, Múnusque simul
Pastoris et Praeconis Sacri, apud Ecclesiam Reformatam in
eadem Civitate copiosa et celebri collectam, offerentem. Quo
nuntio accepto A MDCCLXXIV. medio fere Mense No-
vembri, in Patriam revertitur, et negotia Sacri Ministri,
sibi data non minus feliciter, quam fideliter administrat. Hic
quidem Ille, cum suo Officio gloriose fungeretur, cum alia
multa, ampla laude digna, fecit; tum maxime hoc, quod
Anno, quem ibi quartum agebat, MDCCLXXVIII. ad Quae-
stionem: De vi substantiali, Fundamento Virium. a Re-
gia Scientiarum et Litterarum elegantiorum Academia Bero-
linensi, cum Eruditis communicatam, praemioque exornan-
dam, ex voto Eruditorum accurate responderit, Monetam-
que auream, L. numos aureos efficientem, reportaverit. Cu-
jus pars antica effigiem Regis Borussiae, cum Inscrip-
tione: FRIDERICUS REX ACADEMIAE PROTECTOR MDCC-
XLVII. exhibet; facies vero postica, sertum seu Coronam
monstrat spicatam, cum inserto eidem Epigrammate: SCI-
ENTIARUM ET LITTERARUM INCREMENTO. Anno post se-
quenti MDCCLXXIX. communi consensione eorum, qui Ludì
Nostrì Litterarii gubernacula tenent. Professor Scholae Vászár-
helyinae ad Marisum, eligitur, et cum omnibus fortunis, bo-
nisque domesticis in Civitatem Nostram perducitur. Hoc lo-
co, primum Annum in consuetudine Optimorum Virorum ex-
ercenda, Civitatis Populique natura exploranda, et partibus
sui Officii gloriose jucundeque persequendis, exegit. Sed
altero statim, postquam venerat Anno MDCCLXXX. Theses
hujus: Possitne unitas Dei ex sola ratione demonstra-
ri? a Lugdunensibus Batavis judicio Eruditorum commissae
explicationem adgressus est; quae ejus disquisitio, licet pra-
emio adfecta non sit, P. accessit honore tamen condecorata
est.



est. Anno iterum insequenti MDCCLXXXI. Societatis
Harlemensis Theologicae, dictae a Fundatore suo Teyleria-
nae, Quaestionem: Potestne demonstrari dari Providen-
tiam Specialem a Generali distinctam? inter ceteros prae-
stanti ingenio Viros, egregie explanarat, et tum quidem
Monetam auream, dari solitam, Berolinensium Prof. Cel.
CASTILION recepit; argenteam vero illi, valore excepto,
nec magnitudine, nec forma, nec signis dissimilem, NOS-
TER adeptus est, aequalitate inter utriusque opus difficilem
faciente electionem; de cuius Monetae forma, signis, et
Inscriptionibus, erit infra dicendi nobis locus, ubi de alia
quadam Moneta aurea, ab eadem Societate Theologica ac-
cepta, quam NOSTER sequenti Anno promeruit, agemus.
Nec infelicior Huic Annus MDCCLXXXII. fuit, sed ob
triplices honorum fructus longè clarior atque nobilior. Primum
enim quod Thesis: Quenam Analogiae sint fundamen-
ta et signa? quomodo Philosophum ad explorandas
physicas et morales veritates ea uti oporteat? ex voto
Societatis Belgicae Scientiarum Harlemensis accurate defi-
niverit, Monetam auream, xxiv. aureos (intelligo semper
Hollandicos) numos adaequantem, accepit; in cuius al-
tero latere, inter effictas duas, sedentesque viri et Feminae
effigies, Machinae quaequam ostentantur efformatae; quas
superne ornat epigramma: DEO ET PATRIAE. latere
vero averso, Palladis, manu Coronam asservantis simulacrum
offertur conspiciendum, cuius Capiti imminet Symbolum ad-
scriptum: Optime meritis, inferne vero: SOCIET. SCIENT.

HOLL. PRAEMIUM. legitur. In marginae ad orbem decurrit
Epigramma, hunc in modum circumscriptum: JOS. PAP DE
FAGARAS. PHIL. DOC. ET PROF. IN ATH. VÁSÁR-
HELY ADEPTUS EST. An. 1782. Eodem iterum Anno ob
Thema: Quae est natura Moralis Libertatis? quomodo



omnium optime demonstrari possit dari Libertatem
Moralem? a Societate Harlemensi Theologica Teyleriana,
alias quoque nominata, datum, optime elaboratum, Moneta
ex auro conflata LXXX. aureos numos exaequante condecora-
tus est. In cujus adverso latere, hinc Theologiae, illinc
e regione veritatis et Libertatis expressa sunt simulacra, ta-
li superne Inscriptione: VVAARE GODSDIENST-KENNIS BLOEYD
DOOR VRYHEYD. inferius vero: GENOOTSCH AANVANG ANNO
1778. adjectis, aversum autem latus, praeter reliqua orna-
menta, sertum ex floribus contextum exornat, cui haec le-
guntur inscripta: EER PENNING VAN TEYLER S GODGELEERD
GENOOTSCHAP toegekent aan JOS. PAP DE FAGARAS PH.
DR. PHIL. et MATH. PROF. te M. VÁSÁRHELY. Com-
posuit etiam eodem Anno tertium Opus, quo materiae De-
monstretur nullum esse in Ethica Christiana praeceptum,
quod veris politicae regulis, aut singulorum juribus com-
modisque repugnet? a LEGATI STOLPIANI CURATORIBUS in
Academia Lugduno Batava promulgatae indolem explicare
conabatur; quod opus iidem Curatores, praemio non quidem
primario accessorio tamen (1° accessit) honorandum, et typis
exprimendum decreverunt. Fuit NOSTRUM sequenti quo-
que Anno MDCCLXXXIII. fortuna, nec minus Ei, quam
ulli Chymico, pepercit, et Monetam pariter auream L. nu-
morum aureorum pondere divitem, propter Quaestionem: qua
ratione optime demonstrari potest, non esse contra na-
turam Dei, perfectissimum effecisse mundum? a CURA-
TORIBUS LEGATI STOLPIANI. Lugdunensibus, supra quoque
memoratis, iudicio Eruditorum expsitam, cum ratione reso-
lutam, muneri dedit; cujus facies adversa talem Inscrip-
tionem, extremas partes, in Orbem fere redeundo, ambientem gerit:
AUCTOREM MANIFESTAT OPUS. medio autem ibi-
dem loco, Viri Telescopium manu gerentis est sidera contem-
plan-



plantis effigies; aquila item expansis alis, visuntur; quibus hujusmodi subjacet Inscriptio: MERUIT JOS. PAP DE FAGARAS. MDCCLXXXIII. *aversam vero partem totam ambit ornatque Epigramma: Monstrat Iter Tutumque Facit; hujus in medio moles quaequam substructa, vel Machina potius affabre constructa conspicitur, quam duo circumstant utrinque viri, intentis oculis manibusque eam perlustraturi, talibus infra verbis subnexus: PRAEMIUM ACADEMIAE LEIDENSIS EX LEGATO J. STOLP. Quid nunc demum de Anno MDCCLXXXIV. dicam? cujus quam laetum illi initium, tam tristis ac funestus exitus fuit. In hoc enim et singulare elaboraverat super Thesim: Utrum solidus aliquis Philosophus sufficiat ad subruendam Religionem Revelatam; aut vero contra ipse verus possit esse Christianus. a Societate Harlemensi Theologica Teyleriana, saepius jam dicta, exhibitam. Opus, quod adhuc sub Judice est; et vero alterum circa Quaestionem: Qua ratione optime superstitione ex animis hominum extirpari potest? a Regia Scientiarum Acad. Berolinensi; superius quoque relata, novissime propositam, jam coeptum, jam continuatum perficere cogitavit, sed quominus totum exsequeretur, morbi inopinato irruentes, impedimento fuere; et demum, ob praecipuas ingenii sui dotes, ac complura, quae ab exteris Scientiarum Academiis reportavit, praemia, magnum sibi apud PRINCIPEM quoque NOSTRUM CLEMENTISSIMUM et CAESAREM AUGUSTISSIMUM JOSEPHUM II. nomen comparaverat. Quare V. Id. Oct. in Academiam Budensem Regiam, in Hungaria illustrem, vacuam Logices, Metaphysices, Moralisque Philosophiae Magistro et Doctore Ordinario Cathedram, Mille Florenorum Rhemensium stipendio, solita Excelsi R. Gubernii via designatus est; missò in hujus rei Argumentum Diplomate Regio,*
Sigil-



Sigillo aquilae bicipitis confirmato. Sed cum fere iter, cui se quodammodo praeparasse videbatur, meditaretur: amissa prospera valetudine, spem vitae longioris, simulque itineris perficiendi amittit; Et Rheumatismo, (ut quidem Medici vocant) primum, 3. Non. Dec. toto corpore correptus, mox spasms, viscerum atque artuum; et demum Febrî Acuta Maligna colluctatus, cum vix decem et quatuor dies integros ex his morbis decubisset, Anno aetatis primo et quadregesimo; Muneris vero et Officii apud Scholam Nostram quinto. XVI. Kal. Jan. sub noctem, Horam circiter primam, vitam cum morte commutavit. Quem equidem uti Studiorum meorum Principem Ducemque habui: ita adiutorem aliquando, vitaeque meae felicioris, secundum Deum, auctorem futurum speravi. Nunc autem nescio, quo meo fato contigit, Tumulo, tam tristi mihi, Patriaeque Universae funesto, condere debeo. Ipsa vero Posteritas longa, si MAGISTRUM a Discipulo, atque PHILOSOPHUM CELEBREM ab infanti fere Musae ingenio, intumulatum acceperit; non indignabitur.

Hoc honore Magistri sui Professorisque quondam Carissimi exsequias prosecutus est Discipulus: Michaël Szigethi.



Na-



Avita cum Fatis, cedens Tellure, Sinistris
Vela dedit vento, ferturque per aequora pulsu
Remorum, longe turesque, Urbesque, do-
mosque

Deseruit, miserae pariter tutamina vitae:
Respicit in Portum trepidans, littusque relictum
Vix ficcis Oculis, animoque tuebitur aegro,
Et dubitat miseram non fido credere ponto
Vitam, tot passim funesta morte peremptos,
Corpore tot toto submersos aequoris undis,
Tot Casus secum timido sub corde volutans;
Et vehitur medius Coeli inter sidera et undas:
Interea veniunt magno cum murmure venti,
Agglomerant spumas; coeunt, et in ordine fluctus
Instar montis erunt, duram mortemque minantur,
Disjiciuntque rates. Tremat hic sub Navita puppi,
Indolet, et tristes versat sub pectore curas,
Et vitae dubius mortem vix oderit ipsam.

Non aliter luget, luctus augetque dolendo
Patria; Doctorum coetus letale sub imis
Vulnus alit venis, miseros aegreque ferendo,
Solvitur in lacrymas, intabescitque, dolores,
Clarus imaginibus veterum, per bella, per ignes,
Per mare, per terras, meritis insignibus, ordo:
Nobilis ipsa cohors, aequi jurisque satellites:
Quam penes est recti cura, et Custodia legum,
Cui vincere hostes Patriae, vel tollere vita



Infidias aliis manifesta per arma struentes,
Legibus ereptum et confestim reddere honorem,
Non furor, aut odium; pia sed Lex arma ministrat,
Indoluerunt omnes: Nec ab hoc sunt vulnere tuti,
Pandere quibus Sacris divina oracula verbis,
Quaeque sit aeternae tandem via prima salutis,
Hanc populo, fugienti Nomina docta, vel ipsa
Simplicitate probo tutam rectamque docere,
Proxima cura fuit: Maerent juvenesque senesque,
Femina Virque simul. Studiis sacrata Juventus
Condolet: Et fateor, namque est mirabile dictu,
Quos mala disjunxit mentis discordia nuper,
Hos idem subito junctos, moerorque dolorque
Angit, idemque animos multorum vulnus adurit.

Quid meruere pii? quae tanti causa doloris?
Quidve tot in gentem conspiravere dolores
Nostram? qui nobis vitae solatia demunt.
Infandosque ferunt paene inter gaudia luctus.
Musa mihi est animus tantos audire dolores,
Veros necquiquam moeroris quaerere sensus
Nec patiari diu. Quid nostra contigit Urbe?
Nunc age! fare precor, casus postrema vel anni:
Tempora quis nigro demum carbone notavit?

Concidit una domus, sed si domus una perisset,
Non caput, in luctus tantos conversa, gemenisque,
Dacia, velasset nigro sibi, faucia, populo.
Patria! sed majori, ut quisque fatebitur ultro,
Parte cares, oculoque cares, tibi fidus ademptum,
Et misera, erepto, sic fata regere, sub umbra
Sole jaces, reputasque simul, quae Fata subisti?
Quae Tibi perniciēs? dubio quae pestis in anno
Hocce fuit? tacite. Unumque patremque requiris



Et desiles casus, inopinaque mente reponis
 Vulnera. Ut horrendis correptus Nauta procellis
 Excurtitur, terramque cupit, littusque laborat,
 Tangere; quaesito tandem cum littore perstat,
 Quos tulerit casus, reputat, circumspicit illos,
 Quos habuit secum, vocat hos, videt aequore merfos.

Haec agis: Infandum vulnus! *Fagarassius* Heros
 Desit, et terras multa cum laude reliquit.

Nuper in egregia Saxonum, ut dicitur (a) Urbe,
 Editus in lucem, clarebat origine prima.

Quippe b Patrem primo Rectorem *Szathmár* habebat,
 Qui studiis animos Juvenum formabat amaenis;
 Saxonum tandem dictam deductus in Urbem,
 Hic sacra pandebat verbis oracula: demum
 Tempore non multo vitamque et munus obivit.

Tum decimum vitae mensem *Fagarassius* infans
 Vix numerat, cari tamen heu! Genitoris ab ulnis
 Deseritur: miser ah! vix dum bene noverat illum,
 Dicere vix poterat lingua titubante parentem.

Ipsa tamen (c) Matri Mors, flecti nescia, favit,
 Nutricemque Deus fecit, melioraque melle
 Ubra praebentem, probior qua Femina nusquam,
 Nec Mater melior, miseram sine Coniuge Matrem,
 Regius hanc pulcra de stirpe reliquit (d) Iudex
 Natam, quae claro jam desponsata Marito, (e)

C

Ju.


(a) Száz-város vulgo appellatur, in sede nuper e-
 jusdem nominis nunc vero in Comitatu Hunyadensi ja-
 cens.

(b) Cl. *Mathaeum Fagarasi*.

(c) Haec erat *Sara VVeress*.

(d) Spect. D. *Gregor. VVeress de Dálnok*.

(e) Cl. *Mathaeum Fagarasi*,



Jucundam vivit Conjux cum Conjuge vitam,
Et (f) puerum, mutui generosum pignus amoris,
Edit; Fata tamen sicut voluere, priori
Orba viro, natos alios natasque latura,
Altera vota cupit, quia fas, rædasque jugales;
Connubioque (g) Viro, pariter sacra munera sancte,
Fungenti, populoque viam, quae ducit ad astra,
Felicemque monet vitam, sermone paranti,
Jungitur, et puerum patri commendat eidem,
Victricus hic puero datus est, sed vera Parentis
Effigies, summo quem Complexurus amore,
Hic colit ut Patrem, colitur quoque filius illi.

A Patriis nondum, Doctorum ut viseret orbem,
Inferretque pedes Latio, Musisque sacratas
Incoleret longe sedes, deducitur ulnis.
Jamque Decus clarum, ac animi Excellentia magni,
Emicat in Puero, quæ plucras natus ad artes,
Repperitur; meliorque brevi cum postulat aetas,
Traditur extemplo studiis formandus honestis,
Omnia, quae posuit primis puerilibus annis,
Praecepta, edoctae prudens industria mentis,
Arripit, excellitque alios. Mortalibus aevo,
Quodque datum est longo paucis, mirabile dictu,
Principiis vitae jam maturefcit in ipsis.

In Patria nec habet, viresquo extendere mentis,
Excolere aut possit, studia ad majora vocatus,
Visere longinquas terras, et quaerere docta
Nomina contendit, calidum molefcere et ignem
Non finit ingenii. Juvenis tum, lustraue vitae
Quinque suae nondum compleverat; adque remotas

Ipfa

(f) *Josephum Nostrum.*
Seniori V. D. M.

(g) *Cl. Johanni Abati*



Ire parat Musas, & iter laudabile carpit,
 Clarebat fama magnus *Bernoullius*, aevi
 Gloria cara sui, nec non Basiléensibus ingens
 Lumen erat. Cupit Hunc, huc jam jam dirigit Heros
 Noster iter, mercesque ejus perlustrat opimas.
 Heic animum exacuens, praeclara Mathemata discit,
 Vere sublimis, sed rara negotia, mentis.

Hinc nactus facilemque Deum, facilesque Camoenas
 Solvit, et elatas Doctis invisit ad Urbes,
 Francfurtum, atque alias: vires ut viribus addat
 Ingenii. Multis tum demum flexibus actum,
 Venantem gemmas, flores cum melle legentem,
 Doctrinaeque avidum, (*b*) Trajecti Musa recepit:
 Lumina magna duo: Sapiens Hennertus et (*i*) Alter
 Laude pari, nostrumque fovant, Nostrumque tuentur,
 Demum animum, studiis gravidum, cum mercibus explent
 Doctis, et stimulant pulcra Mercede. Moneta
 Aurea cusa fuit, tali tradenda Magistro,
 Qui tangit summas, neglecto cortice, rerum, et
 Difficiles nodos sublimi mente resolvit.
 Pectora multorum Numi capiuntur amore,
 Jamque labore diu, noctemque diemque fatigant
 Multo, sed perit omne opus, et frustrabitur auro.
 Noster habet: longum nomenque extendit in aevum.

Majores illi laudes maturior aetas
 Praeparat, et titulo Doctoris mactat, et almo
 Consecrat capiti sacri praeconis honorem.
 Omnia, quae meruit, dives donarat honoris
 Trajectum: haec auro, quae sit pretiosior omni,
 (*k*) Uxorem, Vitae sociam, commendat amori,

C 2

Et

(*b*) Ad Rhenum. (*i*) Cl. D. *Habnius*. (*k*) *Frid.*
Vilhelminam Elisabetham van Vveibel.



Et genere et forma, sed plus pietate valentem.
Huic (l) Genitor Batavus, Centurio, miles in armis
Egregius, generis splendore notabilis ipso,
Nobilis et (m) Genitrix, ac clari Filia patris.
Quos vinclis junxit vere felicibus *Hymen*,
Et pulchra claros fecit cum prole parentes.
Elisabeth (natae proprium quia tale puellae
Nomen erat) proles non injucunda parentum,
Nobilitate pari jam jam ditata duorum,
Conjugis Officio perdigna, perapta Marito,
Incola Trajecti, dignum sortitur amantem.
Ille erat immensi fidus mirabile secli,
Gloria rara suae Gentis, *Fagarassius* Heros;
Quem facit adjuncta Dextraque Fideque maritum.

Dotibus Ornatum tantis, animique potentem,
Patria Doctorem vere, ex Natoque futurum
Patrem desiderat, cupide ac ambabus, ut ajunt,
Ulnis exspectat, gaudet populisque Magistro.
Jamque Vienna tenet reducem, monstratque viarum
Flexus, atque domos, aequantes vertice Nubes,
Artificis miratur opus, laudatque colonos
Noster; at interea Saxonum mittitur Urbe
Littera, quae munus sacrorum, quaeque Cathedram
Commendat sacram, dignum mercede laborem.

Huc agit. Excipitur laeta inter gaudia praefens,
Fungitur officio, populum docet, atque ministrat
Thura Deo, plebem miseramque rudemque futurae,
Percellit Verbis, repletque cupidine, vitae.
+ Hicque agere extremam: subito sed nuntius Urbe,
Mer-

(l) Ill. *Frid. van VViebel*. (m) *Elizabetha Klincken-
berg Hern. Klinckenberg Registratoris Filia*,

Spes erat hinc Nostrum nusquam divertere, vitae



(n) Mercatus vocitata fuit locus, advolat: Illum
Evocat hinc, directa cum ratione docentem,
Mentis naturam; tum leges Corporis; alto
Quae sint, quaeque micent splendentia sidera Coelo?
Quae natura Dei? Totum vel quis regat orbem?
Turpia de pulcris, mala quid discernat ab aequis?
Quid possit fictis, docta cum mente, figuris,
Cura hominum reperire cito, quod fronte fuisset
Prima celatum? tradentem et cetera verbis.

Annum jam dicta quantum compleverat Urbe:
Officio gaudet; sedes linquitque priores,
Inque Urbem, quae de mercatu nomen habebat,
Advehitur; Juvenes gratis amplexibus illum
Excipiunt, summo mactant et honore Magistrum.
Sic ubi certatim meritos deferret honorum
Patria vel titulos, vel praemia digna laborum,
Intendit Noster Patriam exornare columnis,
Imbellesque animos praeclaras edocet artes,
Spemque facit magnam, de Plebe et stirpe futuros,
Nobili et egregia Cives, Patriaeque Patronos.
In Patriae reris veram jurasse salutem.

Nec satis in Patria tanto molimine vitam
Ducere, Barbariemque aliis contendit in Oris
Expugnare, docet moresque probare probatos.
Victorem citat Hunc, alias et quinque Monetas
Extera consecrat regio; quibus artis honestet
Auctorem, et magnos, dubio procul esto, labores,
Consequitur Noster: Facti discurret in Orbem,
Fama, Quis in toto totidem meruisse triumphos,
Orbe,

(n) Olim Székely-Vásárhely, mox corrupto vocabulo latino Agropolis, nunc vero Vásárhely ad Marisum.



Orbe, virum, totidem cepisse et praemia vidit?

Suspicit Hunc Caesar, laetoque expleta Vienna,
Risu, quod reperisse Virum, reperisse Magistrum
Vidit; adhortatur, (o) vocat, et jubet ire Cathedram
Regia *Buda* suam commendat. Epistola Regis
Firmata est aquilam, referentis imagine, nigram;
In duo divisam capita, uno corpore, signi;
Ire parat Noster, verbis et Caesaris ingens
Praeparat obsequium, jussis nec subtrahit aures.



Corpore sed toto morbis corrumpitur aeger,
Figitur in Lectum, magnae langvescere vires
Incipiunt, cumulatque diu pascendo dolores.
Nam primum longis erroribus ossa pererrat,
Vulneribus passim pungitque tumentia diris
Membra dolor fugitivus: huic de *Rheumate* nomen,
Insequitur *Spasmus*: post *Febris acuta maligna*
Innovat angores, *Priscis* additque recentes.

Cura subest Medici, nec fausta, nec utilis aegro;
Inciditur nervus, tepidum dat vena cruorem.
Vix quater e Roseo surgens aurora cubili.
Fecit iter Phoebus, celeres quater aequore merfit
Phoebus equos; coelo, quam terris, dignior, ulnis
Eripitur Nostri, magno et datur Incola Olympo.

Pauca satis plantae fixit vestigia terris,
Lustra suae et tantum vitae numeraverat octo,
Insper addiderat menses his tres fere totos.
Romanae at Gentis potuit superare Catones,
Et Curios, dignus Tithonis ferre senectam.
More suo fecit; doctisque laboribus aurum;
Ast opere extremo, quo quam sit vera, docere


Per-

(o) Posita mercede mille Florenorum Rhenensium

Pergit, relligio, de Christi Nomine dicta
Verius e Coelo meruit cepitque Coronam.

Clar. quondam ac Doctissimo Domino, Domino
JOSEPHO PAP de FAGARAS, Artium Libera-
lium Magistro, et Phil. Matheſeosque in Ath.
M-Vásárhelyino Doctori, Sacrum fecit, Carus
ejus aequae ac intimus Discipulus. *Michael Szigethi*


Liceat adnectere.

JOSEPHUS PAPDE FAGARAS (notum quoque Nomen
Et gratum BATAVIS, GERMANIS, PANNONIISQUE,
DACIS cum primis) eheu! jam VIXIT! ubique
Ingeminat, planctumque ciet moestissima Fama.
Tot CUI difficiles concessum solvere nodos,
Incidit in Mortis laqueos nunquam expediundos.
Occidit ante diem PATRIAE et SOPHIAE Decus ingens,
INGENIO nulli, nulli, PIETATE secundus.
PRAEMIA qui INGENII toties praeclara reportat, (p)
Par erat ampla etiam Mercede frui, PIETATIS.
TU jam perpetuo Coelestia Gaudia gustas,
Sed nos Luctus habet, COGNATOS, DISCIPULOSQUE,
Atque BONOS OMNES, queis sancta MEMORIA Vestra
Cara fuit, fietque haec dum Nos Vita manebit.

Ita deflebat peracerbam Amici et Adfinis
Desideratissimi Mortem

Stephannus Gombáfi

Ecclesiae Reformatae M. Madarasinæ Parochus,

Gyáf-

(p) Quinquies Monetas aureas, et semel argenteam
variorum eorumque, difficiliorum Problematum solutioni-
bus.




Yázba borítá az Ég vidám napunkat,
El-fakasztá tollünk mert hív Angyalunkat.
FAGARASI JO'SEF ez, egyik Tanítónk,
Jó Atyánk, Vezérünk, és jó Tanács-adónk.
Kegyesség, Böltfesség, jó Szív, 's több másokkal
Virágzott mint annyi drága Virtusokkal.
Ez, a' míg tartana folyása életének,
Vólt ditfekedése kitsiny Seregének.
De már, oh nagy eset! az Halál horgára
Akadt; még-is fénylik mint a' Nap sugára.
Fénylik, bámulj Világ! nagy Tudományáért,
És azzal érdemlett hat *Monétájáért*.
Ámbár azért tested tétefsék Sirjába;
De híred fenn marad köztünk valójába.
Neved emlékezet eleven Könyvébe
Iratik, 's rejtve léf mindenek Szívébe.

Szent-királyi József Coll. Adels

Mit az ember mivel egész életében,
Jó vagy rosz vége van igyekezetében:
Kinek jó vólt minden tselekedetében,
Hóltá annak gyászos az élők fergében.
FAGARASI JO'SEF ím ennek példája,
Ki vala Sergünknek ékes Koronája
Nemzetünknek egyik rogyogó fáklyája
A' ki az Halálnak lön nem várt prédája.
Azért hóltá után minden öt fájlalja,

Öltö-




Öltözetét minden jaj gyászba foglalja,
 Valaki esetét fomorúan halja,
 Hóltig meg-firatni ötét nem fokalja;
 Jaj! mert melly hasznos vólt elete foljása,
 Melly hires vólt velle Musáink állása,
 Mennyire ki-tettzet Hazánk virágzása,
 Nem síralmas-é hát tollunk el-válása?
 Síralmas, de jaj! már vízza nem hozhatjuk
 Igy tettzet lstennek; nem változtathatjuk,
 Teste meg-fenyvedett, meg-nem ujithattyuk,
 Lelke Menyben vagyon le-nem fálithattyuk.
 Légyen azért Lelke mind addig Mennyégben
 Mig Jéfusunk el-jő fényes ditsőségben
 És akkor testével ismet egyességben
 Légyen, és örökké éljen fényességben.

Székelyudvarhelyi Molnár István Coll.. Adícs.



Mig Titán érkeznék égi piattzára,
 Már hajnal az előtt el-rendelt uttyára
 Arany fíkrátskákkal piroslo probára
 Ki-áll Nap-keleten pálya futására.
 Igaz, de kevésbé birhattya pálmáját
 Hajnal, mindjárt hunni zemléli fáklyáját,
 Mihelyt Titán tézi égre vitorláját,
 Meg-újjúlt fényekkel ékesült Zászlóját.
 Titán játékoson hánnya fényességét,
 El-indúlt ösvényén fójtattya jó végét,
 Mutattya víg kedvel tellyes déliségét,
 Köztünk sátorozo fénye kedveségét.




De véget vét fel-jött fénye határának
Titán-is, s' útolsó nappali utjának
Érkezik vége; mert hanyatlásának
Azonnal világa el-hűny sugárának.
Szabad reménykéjét az irigy éjtfaka
El-zárja, mint velle tsátázó bajnoka,
Mellyel borul sűrű homályban birtoka
Hogy nem mulatozhat nállunk, ez az oka.
Oh! Titán mért adád fel-jött sugárodát
Néma éjtfakának szabad világodat
Miként fenyvedheted finleni napodat,
Orvasold ha lehet tömlőtözös vóltodat.
Ugy látom vifeled fetét éjtfakának
Gyázzát, s' diadalmas parantsolatjának,
Ha okát kérdezem fenyved fogjságának
Igy felel: Ugy tettzet Termézet Urának.
Nékünk-is örömmel mosólygo vígságunk,
Búval elegyedék fokott mulattságunk,
Kedvünket el-hagyá régi nyájafságunk
Halál hogy el-mettzé tavazi virágunk.
Hirtelen mert Egünk fényes tsillagától
Fožtatánk, seregünk szép koronájától,
A' Tudományoknak kintses Tárházától,
El-válánk életünk ékes Ožlopától.
Mellyért Mu'sánk serge gyázzal bé-borula,
Víg kedvünk hajnala homályra fordula,
Örömünk mint pára töllünk im el-múla
Bánatok fellege szívünkbe űzrola
ISTEN így akarta, meg-kellet hát lenni,
E' Kintsünknek földről Égbe kellett menni.



Tettzet volt ISTENnek kevésbé le-tenni
Köztünk, s' jaj hirtelen magához fel-venni.

Venter László Coll. Adressor.



A' Kegyes e' földön meg-jutalmaztatik
Mert annak tudomány és bölts szív adatik
De lám a' Tudomány a' nélkül hagyatik.
Pedig ez-is jeles Virtusnak tartatik,
Ugy vagyón. Az Halál nem kap fépen rúton
'S az hol el-mentenek *Lock, Leibnitz, Neuton*
FAGARASI JO'SEF mégy azon jó úton
Egyfzer tfak el- törik a' veder a' kúton.
Nints-e hát a' Böltsnek itt semmi jutalma
Ha még élne 's még-is áfátik sir-halma?
Ah vagyón! és e'hez lehet bizodalma
Követi a' Virtuust a' szép arany alma
Mert ha nevededik a' Bölts szív Virtuusa
Meg-marad örökké annak igaz jussa
'S Ámbár találkozzék ezer *Zoilussa*
Még inkább tündöklök méltó *Laurussa*.
FAGARASI JO'SEF ebben példa lettél
A' ki nem tfak tudos *Doctorrá* tétettél
Söt kitsin korodba már arra fülettél
Mutattyák aranyid kiket érdemlettél.
Hatfzor nyert jutalmat ritka Tudományod
Tsudáld Tudos Világ tudosb Tanítványod!
De Oh ártatlan szív e' sem volt bálványod
A' Mennyei kintsért örömeft el-hányod.




De még van bére a' Tudos érdemének
Mert nem lézen vége emlékezetének
Midön újjulása nem fűnik hírének
Sok tisztelői közt el-terjedt nevének
Oh JO'SEF a' JO'SEF látta érdemedet
Híva-is, magosbra kézfityén helyyedet
De jaj! midön várná már feleletedet
Más felele vízfza: az UR hiv Tégedet.
Midön tanitanál ISTEN dolgaiban
Ártatlan Sámuel az UR tornáztiban
Gondolád az Éli föllit, De azonban
Az UR föllött, 's híyott, egy édes álomban.
Egy édes álomban midön meg-tzirkálom
Mert egy oly' Léleknek dolgát ha vífgálom
Ezt az igazságot nyilván meg-találom
Hogy Halálod lön az URban édes álom
Igaz, az Halál a' Böltset nem terheli
Mert bátor testével sír-halmát neveli
De azonban Lelkét Angyalnak emeli
Hól fész Királlyi-fék 's Korona tiszteli.
Te-is nem holtál-meg el-hihetjük immár
A' melletted síró hív Mária ambár
Sok jaj fókkaal gyázos Koporsódba bé-zár
Oh Jéfus Barátja tsak alúzol Lázár.
Hogy-is hagynád, töle el-vonván fínedet
Édes Atyánk még fel nem nevelt fergedet.
Él a' Lelked! mi-is követünk tégedet
Hagyjad rajtunk kettös mértékbe Lelkedet,
De hijában tartnak Fiaid fívei,
Mert várnak magokhoz Szentek ezerei,
S' Imé



'S Imé már emelnek az URnak kezei
Izrael Lovagji 's minden Szekerei!
Kinn sírj már oh bús szív mutassad jeleit,
Kíért öntse femed záporral könyveit;
Ott látod Nemzeted meg-öletteteit,
Itt kedves JO'SEFed' meg-hült tetemeit.
Gyászos eset! eddig sírattuk vérünket,
Most meg-halva látjuk kedves Mesterünket,
És midőn fájlaljuk Testünkben ízüket
Azonban el-vejtjük magát a' fejünket.
FAGARASI JO'SEF szívünk reménysége
Mi dítsekedésünk, Fejünk ékessége,
Nemzetünknek egyik Díze, 's Kedvessege
Illy' hamar lézené életednek vége?
Tudom mi azoka, nagyobb helyly illetett
Mint milyen e' földön anéked kézfittetett,
Itt elődbe Földi *Cathedra* tétetett,
Ott Királyi-fékbbe JÉSUSt ültetett.
Él nálunk JO'SEFünk emlékezetében,
Mig mozdulás lézen szívünk üregében;
Él a' Világ előtt hírében, nevében,
Mig jár a' fényes Nap tizenkét Jegyében.
Te pedig öltözd-fel bús Ifjú gyázodat,
Sirassad rebegve változó napodat;
Nintsen már a' JO'SEF! egy hív *Tutor*odat
El-falasztottad egy Kédes Tanítódat.
Mondjad ezt: Most vala örömöm kezdete,
Egy jó Atyát fémem alig tekinthete
'S Imé melly hamar lön annak végezete.
Oh Prófeta-fiak sokszori esete!



Számtalan sebektől most érdekeltetünk
 Szerelmes Tanitónk hogy téged temetünk,
 Oh jó ISTEN velle míg együtt lehetünk
 Vallyon addig ilyent többet reménylhetünk!
 Így kesergi nagy érdemű Kedves Professora halálát egy
 (hiv Tanítvány *Kefy János Colleg. Adjeffor*)



A' ma Kedves Jó'sef Attya' fzerelmétől
 Midőn meg-fosztaték, 's ez-is Jó'sefétől
 Minden földi kintsnél leg-drágább kintsétől;
 Így áll: [vétevé erre mélyly sebétől.]
Nintsen már a' Jó'sef életem reménye;
Nintsen már a' Jó'sef két szemem egy fénye,
 El-nyelte az halál sürü fővevénye,
 Mert testi sár-háznak volt ő-is edénye.
 El-mondhatom én-is: oh jaj keserves hír!
 Nintsen FAGARASI JO'SEF! kinn szemem sír.
 A' Kegyetlen Halál, jaj! jaj! velle már bír,
 'S Szívet sértő szókat Koporsójára ír.
 Születtetett vala erre a' Világra
 Kerefityén Szüléktől, a' kik Igazságra
 Tanították ötöt a' Kegyes jóságra,
 Mellyet gyakorlott míg ment a' bódogságra.
 Ezek mellett pedig nagy Tudományokat
 Folytatott; 's azokra tanított másokat,
 Vette-is ezeknek érdemlett háznokat,
 Mert fok jók fzerették, 's ő-is minden jókat.
 A' Kerefityén Világ esmérte hírében,
 Tartotta mind végig belső fzerelmében;

De már



De már teste nyugzik a' föld üregében,
Lelke pedig vígad az egek Egében.
FAGARASI JO'SEF! méltó dítséreted
Fenn marad mindennél kedves nevezeted,
Aldásban meg-tartjuk jó emlékezeted,
Örökké meg-lézen nállunk tiszteleted.
Én-is a' mig lézen Lelkem mozdúlása
Rollad emlékezem Fejem Abdiása,
Egyedül rád tzelez szám jó-kívánása,
Mert kit el-veztettem nem lez' annak mása
Öt esteendő valál tsak gyönyörüsége
Szívünknek, 's Fejünknek leg-főbb ékeksége;
De mind e' kettőnek el-múlt fényessége
Mikor életednek illy' hamar lön vége.
De el-mentél olyan *Akadémiára*
Mellynek szépségének a' Jésus sugára,
Hól éemtől-éembe néz ISTEEN Bárányára;
A'ki vólt Lelkednek váltságának ára.
Azt kívánom azért szívemnek fájával,
Az hól vagy, ott élhetsz élet mannájával,
Itafsál a' Lelki-víz' folyamotjával,
Vígadj mind örökké a' Menny' Királyával.

A' maga szívének egyenes indulatjából, öt esteendők
alatt igen kedves Professorának, és mint egy fe-
relmes édes Attyának véletlen halálán keseregven,
ezeket írta a' M. Vásárhellyi Coll. Adfess. és Syn-
taxcos Praeceptor *TSala Mihály*.

Midőn a'



M i d ő n a' Nap tenné Bakban útazását,
 Halljuk egy Atyánknak jaj! halálózását.
 Mú'sák szép fergének mert tudos Vezére
 Éppen a'kor ére éltének végére.
FAGARASI JO'SEF Napunk, 's Hazánk fénye,
 Alatrad tanuló Seregünk reménye
 Meg-hóltál, el-hagytad e' bűnös Világot,
 Érdemlett *virtusod* nagyobb magófságot.
 Nő örvendezz **JO'SEF** ott hát mind fűnetlen,
Virtusod itt marad, 's neved felejtetlen.

Gyárfás Jó sef Nemes Publicus.



K érde; a' ki látod változott kedvemet
 'S Tudod még bánykodni nem tudott Szívemet
 Mihogyért bal kézre le-hajtván fejemet,
 Sírásal enyhitem Szívemben terhemet?
 Tudom ha seb esik a' fa gyökerére
 Nem mehet nedveség jól a' tetejére,
 Melly miatt a' kis ág hajladoz veztére
 Zöld fíne változván gyáfos feketére.
FAGARASI JO'SEF Sergünk hiv Páfтора,
 A' *Philosophia* egy tudós *Doctora*
 Meg-hólt, már nem miénk, Oh síralmas óra
 Mellyben víg örömünk fordula fíróra!
 Mi vóltunk élő-fa; Ő vólt a' gyökere
 Jól folyt az Ifjakra a' Tudomány ere
 Mind a'dig míg fíve a' mejjében vere,
 Már el-ment, 's könyv-hullás seregünk kenyere.
 Sirjunk




Sífatjuk jó Atyánk töllünk el-mentedet;
Noha tudjuk immár ISTENnél létedet,
Bár Jézus ölébe hajtottad fejedet,
Szívünk kíván vízfá onnét-is tégedet.
Ha pedig az Égből már ki-nem nyerhetünk
Édes Atyánk, 's veled többé nem lehetünk.
Meg-marad te rollad jó emlékezetünk
Bóldog légy, és tudd-meg utánad fietünk.

Tízt. T. Profes. Fagarasi Jó'sef Uremlékezeté-
re tette Sz. Somlyai Ifj. Halmágyi István Ne-
mes Rétor.



Ezer hét fáz nyóltzvan négynek végezete
Ah! mennyi bánatot reánk méregete.
Mert a' Kegyetlenség a'kor uralkodott,
Mellyért a' kegyes Szív jaj Lóra fokadott.
Sok keservés Szülék kised magzattyokat,
Vagy pedig magzatok a' magok attyokat
'S Annyokat firatták, könyv-hullatásokkal
Ortzájok áztatták sűrű folyásokkal.
Bár rajtunk nem vóltak e' bánat árajai:
De még-is Szívünknek vágynak más jajjai;
Mert Ki ferentséffé éltünket tehette
Vólna, mi-töllünk-is azt meg-irigylette.
A'mi *Professzorunk*, ki Sergét örzette
'S A' tízta Tudomány tejével éltette,
FAGARASI JO'SEF. Neimzete dífére
Ki az Hazájának vólt tízteségére
E' drága kintsünket, Kinek oktatása



A' fín-méznél édesb vólt minden főllása,
Oh! milyen hirtelen mi töllünk el-vette,
A' kegyetlen Halál töribe ejtette.
Vagyon hát nekünk-is panafolkodásra
Okunk, keservesen hármás jajgatásra.
Mint az édes Atya, jó tanittásával
Hogy már nem oktathat példa-adásával,
Életét jámborság, Szelidség követte,
Ezért a' koronát Mennyben el-is vette,
Meg-hidegült teste már földnek gyomrába
Nyúgodjék Itélet napjáig sírjába.
En pediglen nevét emlékezetemben
Fenn fogom tartani holtomig fívémben.
Diénes Sámuel a' felsőbb Német Claſſis Praeceptor,



Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára
Székelyudvarhely

A' Köz-jó mindennek közönséges Atyya,
Mellynek ha valaki romlását láthattya;
De még-is fívében azt meg nem sírattya,
Ugy tetfzik hogy nem jó annak indulattya.
A' Köz-jó romlását most észre vehetem
Mikor FAGARASI JO'SEFet temetem,
'S ha a' magam Sorsát azzal egybe-vetem
Méltán fíráfomat meg-kettőztetherem.
Ugyan-is láttam én Hazámnak szépségét
Láttam Nevelőim ritka fívefségét;
De el-hagytam nézvén dolgaimnak végét,
Hogy hallnám e' JO'SEF ritka böltsefségét.

Hal-



Hallottam-is. De oh siralmas nagy eset!

Ezen gyönyörűség tarta melly keveset,
Midön az arany fáj febben becéllgetett,
Éppen a'kor arra az halál zárt vetett.

Volt e' Tudós Főnek minden Tisztelője,
Volt egész *Éurópa* tsudálva nézője;
Lézek én-is Híre, 's Neve' hirdetője,
Míg engem-is el-fűv az halál szelője.

Irta *Szebeni Schreiber Simon*, a' Marus Vásárhellyi Réf.

Coll. az első Német Clafsis Tanítója.



Bánattyát nem lehet szólni szívünknek

Keserve felettébb nagy lett bús fejünknek

Mert eddig nagy híven kit tisztelünk vala

